

Ann. IX.

ROMAE, Kal. Novembribus M DCCCC VI.

Num. XI.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

SEMEL IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellorum 4,80;  
ubique extra Italiam Lib. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; M. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in commentarii operculo  
Lib. 0.10 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem  
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



## Subnotatio fieri potest:

### IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "KRONIKA RODZINNA"

Rakowskie Przedmiescie, 15. VARSIAIE POLONORUM

### IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

Krakowskie Przedmiescie, 6. VARSIAIE POLONORUM

### IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sed. Ap et S. Rit. Congr. Typ.

### LONDON W.

28. Orchard Street.

### RATISBONAE in BAVARIA.

### IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRERES

MONTREAL  
1699, Rue Notre-Dame

## RERUM INDEX

- De rationibus latinam linguam docendi quid senserit Valchius.**  
**De quibusdam praeiudicatis vulgaribus opinionibus deque artis magiae vestigiis in G. Lucilii satirarum fragmentis.**  
**De arborum cultu apud antiquos.**  
**Horae subsecivae. - I. Collegium Scifellianum. - II. In fontem « La Bagnara ».**  
**Vox Urbis palaestra. - De Croeso et Solone.**  
**Ex Hispania. - Iacobo Balmes philosopho tributi honores.**  
**Angelus defunctorum custos.**  
**Acta Pontificia. - Pontificiae litterae in forma « Brevis » qnibus Constitutiones Archisodalitatis Doctrinæ Christianæ reformantur et approbantur.**  
**Ex SS. Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae.**  
**Diarium Vaticanum. - Coram SSmo admissiones. - Pontificiae electiones. - Vita functi viri clariores.**  
**Annales: Russici motus remissi. - Novus Cretæ insulae administrator. - Cuba insula a Foederatis Civitatibus Septemtrionalis Americae occupata. - Mauritanae res. - Gallica prævaricatio.**  
**Publici per Orbem coetus legibus ferendis.**  
**Per Orbem.**  
**Domestica funera.**  
**Aenigmata.**  
**Libri recens dono accepti.**

*In tertia operculi pagina:*

ZENO - Tragoedia JOSEPHI SIMONIS Angli. (Passim retractavit hodiernisque scenis aptavit I. F.).

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

M DCCCC VI

# PROSPECTUS SUBNOTATIONIS

## Comm. VOX URBIS in an. MDCCCCVI.

PR  
In Italia: Lib.  
Lib. 6,25, Doll.

Pretium annuae subnotationis est in Italia Libell. 4,80;  
ubique extra Italiam Libell. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5;  
March. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25 *recto tramite* mitten-  
dum ad

**ARISTIDEM LEONORI EQUITEM**  
**COMMENTARII "VOX URBIS", POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM**  
ROMAM, via Alessandrina, 87.

### PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA:

**Qui socios novos comparaverit duos** pretiumque eorum  
subnotationis mi-  
serit, subnotationem gratis omnino sibi habebit.

**Qui triginta socios novos comparaverit** ante Iulium  
mensem – bi-  
bliopolis exceptis – dimidiatum pretium itineris habebit a quovis Europae  
loco ubi vivat Romam usque, atque inde in domum suam, secunda, prouti  
vocant, ferriveharum classi usus.

**Qui sexaginta socios novos comparaverit** uti supra,  
eodem iti-  
nere gratis omnino fruetur.

Q<sup>ui</sup>, ut alias vic<sup>it</sup>, singulatim in stantia latinæ lin<sup>discendi ratione</sup> » (rum indice, qui co<sup>Valchius:</sup>  
Disputatum fuit atque exerceitatione ac praecipis sit ditiae extiterunt augeamento sentimus studiis linguarum diceremus; quoceirae hue spectant, com Minervae addita eratur, quod qui latem corrumpant; quod facultatem la sed scribendo assidu<sup>ligenter exercere c</sup>etiones illorum, qu primis usu atque absolvit putant atque recte inter alia ob nisi exercitatio sti<sup>corrumpi: aliud enim atice loqui; loqu esse facultatem gra</sup>Cuius sententiae, q facile patent; hoc evocum ac locutionis et periodis si ad huiusmodi exercitia magistri non satis in studiis latinæ lingua<sup>e</sup> Proinde Quintilianus sit vitiosus sermo set, sapientes Chrytum res pateretur, rum quidem in his recte tamen etiam lo puer, harum verba Et natura tenacissimis annis perceperimus, imbuas, durat, ne simplex ille candor

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 4,80 — Ubique extra Italiam:  
Lib. 6,25, Doll. 1,25, Sch. 5, M. 5, Rubl. 3, Coron. 6,25

SEMEL IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:  
ARISTIDES LEONORI, eques.  
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

DE RATIONIBUS  
LATINAM LINGUAM DOCENDI  
QUID SENSERIT VALCHIUS.

II.

**Q**ui, ut alias vidimus (1), generaliter in prolegomenis operis sui argumentum tractavit, singulatim in re institit, quum « de praestantia latinae linguae » dissereret « istamque discendi ratione » (2). Praemitto itaque auctorum indice, qui consultari possent, ita scribit Valchius:

Disputatum fuit num latina lingua solo usu atque exercitatione, an grammaticorum regulis ac praeceptis sit discenda. Utriusque sententiae exstiterunt auctores: nos quae de hoc argumento sentimus iam explanavimus, quum de studiis linguarum rite instituendis generatim diceremus; quo circare nunc scripta quaedam, quae hoc spectant, commemorare volumus. Sanctii Minervae addita est commentatio, in qua probatur, quod qui latine garriant, ipsam latinitatem corrumpant; confirmare adhuc auctor, quod facultatem latinae linguae non loquendo, sed scribendo assequi, eoque nomine stili diligenter exercere debeamus; adducit sex obiectiones illorum, qui studia linguae huius imprimis usu atque exercitatione in loquendo absolvi putant atque ad singulas respondet: recte inter alia observat, latinum sermonem, nisi exercitatio stili accedat, solo loquendi usu corrumphi: aliud enim esse ait latine, aliud grammaticae loqui; loquendo comparandam quidem esse facultatem grammaticam, non vero latinam. Cuius sententiae, quae in se recta est, rationes facile patent; hoc enim modo neque castitatem vocum ac locutionum, neque elegantiam constructionis et periodorum pueri discunt; impensis si ad huiusmodi colloquia, sive in loquendo, exercitia magistri adhibentur, quorum ingenia non satis in studiis purioris atque elegantis latinae linguae exculta sunt ac perpolita. Proinde Quintilianus dicit: « Ante omnia ne sit vitiosus sermo nutricibus, quas si fieri possit, sapientes Chrysippus optavit, certe quantum res pateretur, optimas eligi voluit. Et morum quidem in his haud dubie prior ratio est: recte tamen etiam loquantur, has primum audiet puer, harum verba effigere imitando conabitur. Et natura tenacissimi sumus eorum, quae ruidibus annis perceperimus, ut sapor, quo nova imbuas, durat, nec lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus est, elui possunt;

et haec ipsa magis pertinaciter haerent, quae deteriora sunt. Nam bona facile mutantur in peius; nunc quando in bonum verneris vitia? Non assuecat ergo, ne dum infans quidem est, sermoni, qui dediscendus sit » (1). Sed in eo a veritate aberasse videtur Sanctius, quod ipsum loquendi latine usum improbet, qui in se haud vitiosus est, modo ita adhibeatur, ut sermonis huius virtutes haud negligantur. Quod enim ad rem ipsam attinet, duo illius sunt capita: alterum est, num solo usu cognitio latinae linguae sit comparanda, id quod omnino negandum est; alterum vero, num comparata latini sermonis facultate, usus illius in loquendo instituendus sit; id quod cur fieri haud possit, minus videmus. Immo si consideramus tot tamque diversa negotia eruditorum, saepe illis loquendi latine necessitas imponitur...

Verum, ut pateat quae sit nostra sententia de ratione, qua cultura latinae linguae debeat institui, diversitatem cognitionis linguae huius merito proponemus. Triplex illius datur genus; alia enim est cultura « grammatica »; alia « stili purioris »; alia « critica ac philologica », quae singulae species propria habent subsidia, quae ad illarum studia possunt adhiberi: per culturam enim grammaticam consequimur linguae latinae facultatem, qua grammaticae scribere et loqui possimus; cultura autem stili purioris efficit vim et copiam romane et latine scribendi et loquendi; namque aliud est scribere romane, aliud grammaticae: grammatica vulgarem loquendi et componendi ostendit consuetudinem; doctrina autem stili purioris tradit quoque praecepta de castitate, elegantia atque aliis sermonis virtutibus assequendis. Evidem nemo latine atque eleganter loqui ac scribere potest, nisi simul observet regulas grammaticorum; quapropter grammatica a doctrina stili haud separari potest; sed non omnes qui grammaticae tantum loquentur, simul loqui debent latine atque eleganter; quo circare grammatica sine doctrina de stilo consistere potest. Cultura latinae linguae philologica sollicita est de vocum, dictionum, formularum auctoritate, earumdemque significationibus, quod proprium munus est atque officium philologiae stricte sic dictae.

Singulis vero huius culturae generibus necessaria sunt haec subsidia: grammatica, lexicon, observatio et imitatio, quamvis diversa ratione debeat adhiberi: sic aliter sese habet studium grammaticae, lexicci, lectionis, observationis, imitationis in cultura grammatica, aliter in cultura stili purioris, aliter in cultura philologica romanae linguae. Horum subsidio-

rum autem, per quae feliciorem profectionem romanam nancisci licet, alia praeparant viam, alia vero perficiunt ipsum iter; illa quae praeparant viam sunt grammatica et lexicon, quibus addas historiam latinae linguae.

Grammatica et lexicon faciunt ut iuvenibus haec via sit amoena, quum illa exhibeat et tradat regulas quasdam; hoc vero vocum copiam et significaciones. Grammaticae studium haud plane negligendum est, quod non modo exempla veterum Romanorum, sed ipsius quoque linguae et grammaticae indoles testantur. Illi qui existimant linguas felicius usu percipi, quam praeceptis et lectione scriptorum, ab hac sententia recedunt; sed rationes quas habent non sunt graves, ut supra iam observavimus: disci potest lingua quaedam usu sine praeceptis grammaticae, atque auxilio lexici; verum non feliori ac nobiliori successu: namque convenit cum ratione, quod prius intelligenda sit lingua, quam loquendo et scribendo usurpanda, quoniam multo facilius est intelligere quam scribere aut loqui: ut autem commodius, facilius quoque discamus intelligere linguam, id facit grammatica, quae regulis suis praeparat viam cum ad lectionem, tum imitationem quoque veterum auctorum; praeter haec lingua dependet ex usu et consuetudine ita ut hec nulla detur libertas cogitandi, vel potius loquendi ac scribendi, cuius consuetudinis regulas, non dicam speciales, generales saltem docet grammatica...

Lexicorum usus eo absolvitur, ut significaciones dictionum formularumque ex illis cognoscantur, quarum cognitio intelligendis linguae auctoris summe necessaria est; copiam vero verborum vimque dicendi ex illis haerire, repugnat indoli cum lexicorum, tum ingeniorum, quae discendae linguae sese consecrarent. Qui dictionum copiam haud colligit, deprehendit vero in lexicis abunde formulas unius rei, quomodo, quae oportet, optimas quaeve rei ipsi respondent poterit eligere, nisi praestet ingenio et iam cognoverit quid quaeque ex illis formulis valeat, quidve sit illi tribuendum? Effundit lexicon utilitatem suam in auctorum lectionem, ut facilius intelligentur, eorumque mentis sententiae clarius pateant; quamobrem nemo dubitat usum huiusmodi librorum inter alia subsidia iure meritoque locatum fuisse, quae viam ad ipsum vetus Latium praeparant. Huc pertinent verba clarissimi Io. Matth. Gesneri in *institutionibus rei scholasticae* (1): « Diu haerere hoc vitium iuventuti solet, ut quum lexicis utuntur, quidquid primum occurrit, illud arripient, miserosque adeo centones

(1) Cfr. huius anni n. IX.  
(2) Cap. III.

(1) *Institut. orat.* I, 1.

(1) Cap. II., sect. II, 28.

consareint, quos intelligere etiam quid sibi velint difficile sit. Neque profecto mirum est, id ita evenire; quum enim priusquam ullam ex lectione vocabulorum sibi copiam acquisiverint, inbeantur ea lingua componere aliquid aut scribere, cuius nihil fere intelligent, non possunt iudicare quid cuique loco conveniat, quid minus». Ac paullo post: « Primus lexici usus sit in quaerenda ignotae vocis significatio, non in quaerenda ignota voce, qua alia, quae nota est, reddatur ».

DE QUIBUS DAM  
PRAEIUDICATIS VULGARIBUS OPINIONIBUS  
DEQUE ARTIS MAGICAES VESTIGIIS  
IN G. LUCILII SATIRARUM FRAGMENTIS (1).

Sequitur praeindicata opinio de terroribus nocturnis, lib. XV, II (XX, 1) b:

*terriculas Lamias, Fauni quas Pompiliique instituere Numae, tremit has, haec omnia ponit ut pueri infantes credunt signa omnia ahena vivere et esse homines: sic istic omnia ficta vera putant, credunt signis eor inesse in ahenis pergula pictorum, veri nihil, omnia ficta.*

Ita arguit Lucilius eorum ineptias qui vanis superstitionibus serviant; idque fragmentum nobis tradidit Laetantius (2), atque miror quod Giussani (3), de lucretiana huius loci imitatione nullam mentionem fecerit; tam evidens enim est quae neminem lateat:

*Nam veluti pueri trepidant atque omnia caecis in tenebris metuunt, sic nos in luce timemus interdum, nil quae sunt metuenda magis quam quae pueri in tenebris pavitant finguntque futura (4).*

Lucretianam inter et lucilianam dicendi rationem magnum intercedit disserimen: Lucretius, epicureorum more, ita ratiocinatur: certe pueri in tenebris metuunt; nos contra pueris stultiores sumus, qui in luce timeamus: si nos igitur in luce imagines falsas timemus, inde fit ut non in naturae, quemadmodum pueri, sed in animi tenebris versemur; quae tenebrae, luce animi, idest, non nisi naturae legum cognitione evanescent. Et haec tanto philosopho digna ratiocinatio!

Lucilianus locus, e converso, qui est de terroribus nocturnis, nil aliud evincit nisi Lamiarum, Strigum ceterorumque monstrorum simulacra (apud Graecos Μορφή; apud nos *Befana*, *Babù*, *Streghe*, *Oreto*, *Mazzarolo*, *Incubo* o *Frìcola*) a remotis usque temporibus non solum pueris sed et hominibus terrori fuisse:... εὐθεῖα - Platonis verbis utar in *Crit.* VI, C. - δέ τις οὐ μὴ τοι ξυγχρόνω, οὐδὲ ἡν πλείω τῶν νῦν παρόντων ή τῶν πόλλων δύναμις ὄσπερ πατέεις ήματος μορφολύτητας, δεσμοὺς καὶ θυνάτους κ. τ. ξ.

Quid autem de Lamiarum et Strigum natura sentiendum? Facete Leopardi I. c.: « De horum natura ex antiquis nil certi constat, quod veteres non tanti fuerint, ut id nos rite docerent.

(1) Cfr. num. sup.

(2) *Inst. div.*, I, 22; Cf. et Leopardi, *Saggio sopra gli errori pop. degli antichi*, ecc., Firenze, 1859, pagg. 102-103.

(3) T. L. Cari, *De rerum natura*, etc. revisione e commento, Torino, 1896-1898.

(4) *De rerum nat.*, II, 55-58.

Alii pisces, alii aves, alii sagas, alii mirae speciei animalia fuisse tradiderunt. Cur? Quia nemo haec unquam vidit! Mundus vero idem semper est, non alius!

Ad terrores nocturnos redit Lucilius, lib. IV. XXIII (15):

*adsequitur neque opinantem, in caput insilit ipsum commanducatur totum complexu' comestque.*

L. Mueller hunc locum non ad terrores nocturnos, sed ad hominem refert, « qui amicum praecedentem ex improviso adsecutus blanditiis paene enecat »; verum magis mihi arridet Frankenii sententia, qui pro « complexu » legit « amplexa » atque de monstro quodam velut *Larva*, *Mania*, *Manduca* haec intelligenda esse sibi persuasit, et fortasse a matre ad terrendum puerum narrata. Quod interpretationis genus mulierularum consuetudini, fictis fabellis pueros terrendi, plane respondet.

De arte magica et proprie de beneficio est « Chironem vulnus », cuius poeta noster meminit lib. XXIX, LXV (33):

*Chironeo et non mortifero affectus vomicai volnere.*

Neque accipiendam esse reor lectionem: « Tironeo et non mortifero » etc., quam Dupouy de lurido abscessu deque alis interpretatur *che il tacere è bello*. Etenim hic sermo est de notissimis Chironis Centauri sagittis, quae, Nesi sanguine tintae, letalia inferebant vulnera; hue spectat et illa magica tunica, quam Herculeus eum induisset, adeo intollerandis doloribus arsit, ut, furore actus, Lyeam in mare proiecerit. Quae omnia recentiores fabularis historiae scriptores ita explicant: nome « Iole » (= la *violacea*) eum eae colorem significat, qui solem orientem et occidentem comitatur; Lycas et tunica alba item eum argenteum colorum adumbrant, qui, occasu solis, evanescit inter flamas, quae ex montibus oriuntur, id est inter rubescentes nubeculas, quae quamdam cum Herenlis ad vitae exitum festinantis corpore sanguine oblitio atque in frusta diviso similitudinem praebent. Tunica venenis infecta, ex Muellerii sententia, originem dicit a duorum nominum aequivocatione, ίόλη et ίός = *venenum*. Haec mythorum quam vocant solarium doctrina aliquane probabilitate gaudet? Credat Indaeus Apella!

Ex iis quae apud Muellerum inscribuntur *Varia*, lib. I, XXXVI (24) id legimus, quod Latinis in proverbio fuit:

*- νοῦ νοῦ in scirpo insanu' facessere volgas.*

Scirpus palustris res est levissima; unde proverbium: « nodum in scirpo quaerere » « quod, ait Festus, in eas res natum est, quae nullius impedimenti sunt ». Hoc autem, etsi a re alienum, nolui silentio praeterire, quia et proverbia vitae consuetudines popularisque ingenii subtilitatem patefaciunt.

Nunc restat ut de « fluctu decumano », de « Marsis vatibus » et de « Oreto » dicamus.

« Fluctus decumanus », nomine tantum, occurrit lib. III, XXVIII ee:

*- νοῦ - νοῦ decumanis fluctibus.*

Quare Mueller supplet: « hue usque erescit, dein revolvitur ».

Iis, quae iam animadvertisimus ad Lucani lib. V, *De bello civili*, v. 672-673, de opinione praeiudicata, qua secundum Pythagoraeorum doctrinam numeri decem vim summis laudibus praedicantem, fluctus decimus maior antecedentibus putabatur, haec addimus: « decumanum », metonimice interdum ad rem immanem et taeterrimam significandam adhiberi.

Transeamus ad « Marsos vates », lib. XX, IV (5) d:

*iam disrumpetur medius, iam, ut Marsu' colubras disrumpit cantu, venas cum extenderit omnis.*

Marsos, qui ad Fucinum lacum in Aprutio habitabant, ab Angitia sive Anguitia Aeetae regis filia ac Circes sorore, artem magicam didicisse ferunt. De iis Silius Italicus in *Pun.* VIII, 496-502:

*..... ac Massica pubes et bellare manu, et chelydris cantare soporem ripereumque herbis hebetare et carmine dentem. Aeetae prolem Angitiam mala gramina primam monstravisse ferunt, tactuque domare venena, et lunam excussisse polo, stridoribus amnes fraenantem, ac silvis montem nudasse vocatis.*

Videsne quot mirorum operum Marsi anetores fuerint? Eadem invenies apud Ciceronem, Horatium, Virgilii *Pharmaceutriam* et Tibullum, cuius postremi locus qui afferatur dignus est:

*Nec tamen huic crederet coniux tuus, ut mihi verax Pollicita est magico saga ministerio. Hanc ego de caelo ducentem sidera vidi: Fluminis haec rapidi carmine vertit iter. Haec cantu finditque solum, manesque sepulcris Elicit, et tepido derocat ossa rogo. Iam ciet infernas magico stridore catervas: Iam iubet aspersas lacte referre pedem. Cum libet, haec tristi depellit nubila caelo: Cum libet, aestivo convocat orbe nives. Sola tenere malas Medeae dicitur herbas: Sola feros Hecates perdomuisse canes.*

(I, 2, v. 41-52).

Qui habet addat acervo!

Postremo de « Oreto » (lib. XXVI, LXXXVII, 38):

*qui sex menses vitam ducunt, orco spondent septimum.*

Adest hic vulgata Orei fabella, quae cum diebus fastis et nefastis nequitur. Ad rem confer Hesiodi "Ἐργα ζει τὸν θύρων" (765-820), ubi Ascreaus poëta religiose hortatur et urget « ut diem quintam Oreto sacrum fugias »; quod praecipsum, quamquam suis temporibus rebus magieis minor dabatur fides, in *Georg.*, I, 277-279, Virgilius renovavit:

*..... Quintam fuge; pallidus Orcus Eumenidesque satae; tum partu terra nefando Coeumque Iapetumque creat saevumque Typhona.*

Oreus, tanti terroris causa, qui in diem quintam trium singularum partium (ἰστριψένοι, μετοῦντος, φθίνοντος μηνών) graeci mensis dominatur, ab ἔφοντος (== septem) nomen habet, et idem sonat ac locus ubi mortui commorantur; sed, sucedentibus temporibus, nativam vocis vim ita mutavit, ut Deum mortuorum (= il dio attivo della morte) significaret. Media aetate, Orei fabella insolitam ac ridiculam speciem induit, quod et nunc in Venetis fama tenet. Mulierulae enim haec de Oreto pueris narrare solent: Oreus eximia corporis magnitudine homo fuit, et is qui, nocturno tempore, erubibus facta furea, a turri ad turrim oppidi pertingeret! Speciem in horas mutabat: modo porcellus,

modo catellus, modo huiusmodi quae ei

Et satis de Oreto natus iniquis ».

Hic finis chartae

Quae de praeindicatione de arte magica raptim delibavimus tibi suadeant: Romam ab incunabulis, super eius superstitionis proficiat, quo magis gens a veri Dei cu

Id populorum omni confirmat.

Si quis autem quae disputavi, quae rum latinarum aetate cant, desideret, ade Felicis Ramorino op in Roma nei primi etum in *Rivista fili* pagg. 417-539 et se ticiinis, de carminibus, etc. plura invenientur.

Scrib. in Portu Romano

DE ARBORUM C

Q UUM reges Rom terque quum b vel Samnitica gesta Romana inter moenia paullatim, auctis op mole semper crescentibus Attamen et Caesare ex lucis sacrae adhuc etiae quidem et pul semper religio tuebatur lucis superessent, sive rum ante aras germe securem eos in truncis ut ante Saturni aedes sorem Silvani numeri deiecerit, quam eius advenere supplie posles fieri que illam s

Nam vetustissimi agrestes deos Silvanus patres venerabantur non Silvano tantum more graeco, enique rum foliam singulis ut quercus Iovi, lauri, vites Baccho, e Minervae dicarentur

Evidem arborum antiquissimis omnibus eruitur ex multarum alia ab alia longissimum nimirum, Mexiciorum, Afrorumque merus poëta loquitur Cananaei eas venera

Neque id mirum: atque foecunditatem

modo catellus, modo lini glomus... et cetera huiusmodi quae cum risu iocoque audias!

Et satis de Oreo « Vertumnis quotquot sunt natus iniquis ».

Hic finis chartaeque viaeque!

Quae de praiejudicatis vulgaribus opinionibus ac de arte magica ex G. Lucilii fragmentis raptim delibavimus id unum, candide lector, tibi suadeant: Romanos uti et ceteras gentes, ab incunabulis, superstitionibus imbutos fuisse; cuius superstitionis natura ea est quae in dies proficiat, quo magis homo libidinibus indulgens a veri Dei cultu deflectat.

Id populorum omnium historia argumentis confirmat.

Si quis autem ampliorem notitiam de iis quae disputavi, quod attinet ad eam litterarum latinarum aetatem quam « arcaicam » vocant, desideret, audeat, ex nostris, praeclarum Felicis Ramorino opus, cui titulus: *La poesia in Roma nei primi cinque secoli*, etc., quod primum in *Rivista filologica* anni 1883, vol. XI, pagg. 417-539 et seqq. editum est; ibi de vaticiniis, de carminibus magicis, de lustrationibus, etc. plura inveniet, quae ad rem maxime conferent.

Scrib. in Portu Romantino, Kal. Septembr. MCMVI.

Doct. MARCUS BELLI.

#### DE ARBORUM CULTU APUD ANTIQUOS.

**Q**UUM reges Romanam regerent rem, pariterque quum bella Veientia, vel Latina, vel Samnitica gesta sunt, sacri lucus plurimi Romana inter moenia virescere novimus, qui paullatim, auctis opibus, novaque domorum mole semper crescente, et caesi sunt et sublati. Attamen et Caesare et Augusto imperante illis ex lucis sacrae adhuc supererant arbores, letetiae quidem et pulcherrimae, quas diurna semper religio tuebatur, sive quia ex antiquis lucis supererent, sive quia inchoato semine Deorum ante aras germinavissent. Nemo autem securum eos in truncos extollere audebat; ita ut ante Saturni aedem fucus inopinato successorem Silvani numinis signum potius e loco diecerit, quam eius rami caederentur. Immo advenere supplici pompa tunc in locum Vestales ficumque illam sacram decrevere.

Nam vetustissimis Latinae gentis diebus, agrestes deos Silvanasque deas potissimo cultu patres venerabantur. Volente autem aetate, non Silvano tantum luci sacrabantur, verum, more graeco, cuique deo vel deae, iuxta arborum foliam singulis praesertim addictam, ita ut quercus Iovi, laurea Apollini, myrtus Veneri, vites Baccho, cypressus Proserpine, olea Minervae dicarentur.

Equidem arborum cultus prima forte religio antiquissimis omnibus populis fuit, uti plane eruitur ex multarum moribus gentium, quamvis alia ab alia longissime dissitarum; Finlandensium nimirum, Mexicanorum, Indorum, Iaponiorum, Afrorumque. De arboribus sacris Homerus poëta loquitur, sed etiam Phoenices et Cananæi eas venerabantur.

Neque id mirum: arbores enim naturae vim atque foecunditatem ostendunt ac revelant;

utque eorum vita animantium vitae persimilis est, ita spiritus iis est additus atque tributus, quo plane viverent; nam et arbores quoque nascentur, vivunt, senescunt et morbis interdum laborant et pereunt.

Cultus vero eiusmodi plerumque diligens erat unius vel alterius arboris electio, cuius forma vel magnitudo aliquanto grandior aut pulchrior apparisset.

Sacra autem iis coram habebantur atque litabantur victimæ, ut hodie quoque barbari servant; erantque sacerdotalia collegia, quorum princeps cura eas arbores fovere, templum circum describere, violatores arcere, dies festos indicere, denique anguria ex arbore suscipere. Hac religione pauplatim lucos quoque venerari coeptum atque serius ex arbore una congeneres omnes plantæ excultaæ sunt. Quamobrem arbores sacrae aut erant oraculorum vel numinis sedes, aut quia saera in terra virebant, aut quia genus eius sacrum haberetur.

Ratio vero cur huiusmodi cultus ubique sit diffusus patebit satis, si antiquissimæ aetatis homines consideremus, qui ad naturæ vires colendas, ubi vis illæ apparerent facili animo ferebantur. Eo enim cultu lucorum sacros flamines se sibi propitiatuos autumabant, qui et cibos, et ignem, et domorum trabes offerrent.

Vetustissimi autem sacri lucus in Caelio, in Capitolio, in Esquiliis ex quercubus servabantur, atque ipsam prope Vestae aedem sacra quercus virebat. Incendebatur immo sacer Vestae ignis virgis simul confricatis, quarum alia ex quercu, altera ex lauro esset, atque iisdem ex arboribus alebatur.

Diis vero gratissimam hostiam suam Latini putabant, qui quum glande vescerentur, queruum cultus inde maxime auctum videbant. Cuius religionis antiquissimæ memoriae existant. Livius enim Romulum Iovi Feretrio aedem posuisse in Capitolio narrat, postquam Caeninensium regis opima spolia ad proximam quercum suspendisset. Refert autem Plinius in Vaticano colle quercum viguisse sua quoque aetate excultum, cuius in trunco vetustissimum aeneum titulum Etruscis characteribus legebatur.

Argiva praeterea sacella, Romanis in collibus antiquitus aedificata, quercubus praecin- gebantur: neque alia de causa Caelium collem nomen « querquetulanum » obtinuisse nonnulli putant. Quibus ex lucis superstes adhuc unus prope aedem S. Urbani iuxta viam Appiam virescit.

Civica denique corona quercinis foliis contexta erat, quae praemio civi donabatur, qui civem sospitasset.

Sed vetustissima sacras inter arbores Romae fucus erat illa ruminalis, quam narrarunt et Romuli Remique cunam suis ramis retinuisse, ne flumine mergeretur, et umbram lupae obtulisse, quae geminos fratres enutravit. Venerabantur autem eo vel magis fucus, tum quia umbram, fructus et medelam afferret, tum etiam quia anseribus exquisitissimum præberet cibum; quae aves, ob liberatam urbem a Gallorum oppressione sacrae passim habebantur, et Iunoni deae erant addictæ.

Sed et Aegyptii quoque et Iaponii fucus venerabantur, quam Indi putant adhuc Brahmae numinis flamen incolere.

#### HORAE SUBSECIVAE

##### I.

###### COLLEGII SCIFELLANUM<sup>(1)</sup>.

*Salve, cara Deo cultaque litteris,  
Scifellana domus! quae, decus Hernici  
ruris, sub Pedicini*

*surgis, candida, vertice.*

*Surgis, qua (Latii peretus oppidum)  
montanae Verulae brachia porrigit;  
et qua, psallere doctae,  
aedes stant Casamariae.*

*Haec me tecta iuvant, nescia turbidi  
clamosique fori; pax ubi rustica  
ridet, plebs ubi mores  
sercarit bona simplices.*

*Non hic verba sonant impia, maximi  
heu! laesura Dei nomen et optimi;  
hic Iesum Mariamque  
laudat quilibet obcius.*

*Non hic festa dies ulla laboribus  
foedatur retitis; templa sed affluunt  
turbis, pectore suetis  
toto fundere cantica.*

*O insiste tuis, plebs pia, moribus:  
sic, fortuna licet te premat arcior,  
certis, nunc et in aerum,  
delectabere gaudiis.*

*At tu, cui domus haec panditur hospita,  
Alfonsi soboles, laeta scientiam,  
alma cum pietate,  
puris ebibe fontibus.*

*Fas mihi sit pueris hic rudioribus  
leges grammaticae tradere primulas,  
quas dictare latine  
prudens maluit Alvarus.*

*Vestrum quisque Deo supplicet interim,  
sacri ut crescat Agri cultor idoneus:  
messis magna, sed o quam  
stirps est rara metentium!*

*Haec olim schola vos reddat apostolos,  
quos dixinus amor, quos amor urgeat  
fratrum; nec labor asper,  
aut mors pallida terreat.*

(1) Congregatio a SS. Redemptore nuncupata domicilium habet in pago Scifelli, inde ab anno MDCCLXXIII, quo tempore S. Alfonso inter mortales erat, constitutum. Pagus ille in agro Verulano surgit, haud procul a celebri monasterio Casamariensi Cisterciensium reformatorum, eius antiquum vastumque templum, gothicò stilo aedificatum, cibibus et advenis, qui saepè illuc confluunt, iure meritoque admiratio est. Monasterium nomen accepit a villa, eius solum occupat. Marii (casa Marii) triumphatoris Cimborum, qui ut ipse Cicero, in proximo oppido Arpino natus fuerat. Ceterum regio illa satis raros habet incolas, utpote montana et saxosa, qualis generatim tractus est ille a populis Hernicis habitatus, de quibus canit Virgilius: « Hernica saxa colunt ». Montes altiores, inter quos eminet Pedicinus, olim densis nigrescebant silvis; his tamen nostri diebus (quod dolendum est) plerumque denudati apparent. Colles minores olivis abundant, quae haec illac vitibus intermiscentur. In vallibus ac locis depressis, frumentum crescit et triticum quod Turicum appellant; quae tamen fruges, nisi pluviae frequentes sint, ob lapidosam parumque profundam humum, parcam messem reddere conveverunt. — Domum suam Scifellanam Patres Redemptoristæ ampliè nuper auxerunt aedificis, ubi Scholam constituerunt Apostolicam, in quam, tenui soluta pensione, admittuntur pueri et iuvenes, pietate ac bona indole prædicti et signa præ se ferentes futuræ religiosæ vocationis. Solent hi per quinquennium litteris usque ad absolutam rhetorican vacare; ac tum, si idonei reperiuntur, ad dominum transire Novitiatum. Anno tirocinii peracto, per alios annos sex in superiora philosophiae ac theologiae studia inuenibuntur.

## II.

IN FONTEM "LA BAGNARA",<sup>(1)</sup>

*Ante vagabaris per apricos garrula campos,  
Lympha! velut festis puerilis turba diebus;  
nunc heu! luce cares, arcto conclusa canali,  
haud secus ac pueri rigida sub lege magistri.  
Ne tamen, Unda, gemas! mox cernes, pulchrior,  
[urbem,  
cui tu delicias tuleris causamque salutis.*

*Sic neque vos, Pueri, studiorum taedia  
frangant.*

*Tempus erit (dociles si pergitis esse piique)  
quum, soboles vos Alfonsi Christique ministri,  
affundetis aquas populis, ex aethere lapsas.  
Stirps humana sitit, limosas saepe lacunas  
visa bibisse, lues queis insidet exitiumque.  
Discite vos latices, quos Christi dextra salubres  
condidit, in vastum deducere naviter orbem.*

FRANC. X. REUSS.

## VOX URbis PALAESTRA

DE CROESO ET SOLONE.<sup>(2)</sup>

## PARS II.

*(Rogus in silva exstructus; Croesus et Pasis et Orius in compedibus).*

CROESUS. — Valete, amici fidissimi, qui ad idem mecum supplicium fuitis damnati. Eece rogus, quem ascensurus sum. Haec ipsa silva mihi olim gratissima, in qua splendide venabar, nunc mihi facta est locus tristissimus. Vetus sum et captivus! O fortunae inconstantiam!

PASIS. — Gratissimo animo nostram vitam pro rege ponimus, qui tot tantaque in nos contulit beneficia!

ORIUS. — Accipite, di immortales, vitam nostram, quam vobis pro rege nostro offerimus; quem ut ex hoc periculo liberetis vos suplices obsecramus.

CROESUS. — Verbis vestris, amici, fidelitatis signis, tanta in hac calamitate auctus sum laetitia, ut bono animo mori iam sim patratus. Vestrum vero easum satis deflere non possum.

*(Cyrus cum lictoribus advenit).*

CYRUS. — Tu igitur meum deleturus eras regnum, atque primus eius fines transgressus es! Bellum mihi intulisti, non virtute fretus, non armis, sed oraculo, sed fortuna, sed divitiis, sed oppidis. Fortuna ista te fefellit. Quid oraculum tibi profuit? Ubi sint divitiae tuae, quaere ex militibus. Oppida tua solo aequavi. Populus tuus in servitatem redactus, brevi agros Persarum colet. Tuo ex cinere et ossibus gloriam et solacium ego mihi

(1) Haud longe a Collegio Seifellano mediis in campus oritur Fons, cui vulgo nomen «La Bagnara». Qui latex, ante aliquot annos, per canales subterraneos ad oppidum «Monte S. Giovanni», duabus circiter leuis distans, eo fine deductus est, ut oppidanis illis aquas suppeditaret saluberrimas.

(2) Cfr. num. sup.

reportabo! *(Ad lectores): Estisne parati? Ad rogum eum ducite! (Duo lectores ducunt Croesum ad rogum).*

CROESUS (*dum compedibus liberatur*). — Nunc animo opus est, nunc pectore firmo! Hostem timui nunquam, nec mortis dolores me unquam terruerunt. *(Croesus dum ascendit rogum, ter clamat, Solonis memor, eius nomen): Solon, Solon, Solon!*

CYRUS. — Quid dieis, homo infelix? Quem deum invocas?

CROESUS. — Cyre, quum prosper et felix eram, sapientissimus ille Atheniensis, cui nomen est Solon, me beatissimum praedicare noluit; neminem enim beatum ante mortem dicendum esse aiebat. Nunc inconstantia fortunae deiectus, regno et corona privatus, nunc ego video vere quam ille tum dixerit. Et tu, Cyre, quamquam me vicisti regnumque meum diruisti, quem tu vitae exitum habebis? Haud scio an tu quoque inconstantia fortunae fractus, eandem mortem sis obiturus. Eece, mihi, qui me ipse felicissimum putaram, mors nunc subeunda est turpissima. Nemo ergo ante mortem beatus!

CYRUS (*submissa voce*). — Verum dicit. Homo ante mortem nullus beatus. *(Elata voce): Homo sum. Humanum nihil a me alienum puto. O fallaceum hominum spem fragilemque fortunam! Utinam di casum tam gravem tamque repentinum a me avertant! Quam dubia, quam eaduca sunt omnia humana!*

*(Ad Croesum). Tui misereor. Quod autem mearum rerum inconstantiae me monueris gratias ago. — De rogo descendere.*

CROESUS. — Quid? Meisne auribus licet credere?

CYRUS. — Descende! *(Croesus lente descendit). CYRUS (accedens ad Croesum): — Te autem rogo, ut posthac me in tuam amicitiam recipias.*

CROESUS. — Mihi quidem vitam reddidisti, atque quia amicum tuum me esse voluisti precor, ut amicis quoque meis parcas, qui in rebus et secundis et adversis mihi praesto semper fuerunt. Sine illis mori malo quam vivere.

CYRUS. — Et illi ergo vivant. *(Vincula solvuntur).*

CROESUS. — Subiectos a servitute liberabis?

CYRUS. — Esto; tu vero, amice, rex iterum esto Lydorum. *(Cyrus coronam Croeso imponit).*

Ex collegio SS. Cordis Iesu ad Prairie du Chien in Civitatibus Foederatis Americae Septempr.

DE PAULO.

## EX HISPANIA

Iacobo Balmes philosopho tributi honores.

Iacobo Balmes, qui inter sapientes elapsi saeculi viros excelsa gaudet subsellio, nuperum et quidem christianum et patrio amore refertum, in villa vulgo «Prat de dalt», Gotholaunica provincia iure debitum praestitit honoris testimonium.

In fronte enim domus, lapis hae inscriptione est colloatus:

ANNO · DOMINI · MDCCCXLII  
RETRUSUS · IN · HAC · DOMO  
PROPTER · BARCHINONENSES · SEDITIONES  
DR. · D. · IACOBUS · BALMES  
CELEBREM · SCRIPSIT · LIBRUM  
« EL CRITERIO ».

Ibi maxima frequentia convenerunt gentes, nonnullae societas auctoritatesque civiles et omnes, aperte dicam, christiano, patrio, et doctrinae studio ductae. Frons domus duo habet pretiosa podia, sculptilibus ornata, quae inter firmus haeret lapis, nobis in mentem revocans insignis Iacobi Balmes reclusionem. Domus magna quidem, longe lateque patens, aditus omniaque eubilia pariter ampla; nitida ibi et antiqua eluent supellectilia.

Nostra tamen praecipue interest, cubile ostendere ubi Balmes suum confecit opus « El Criterion ». Illud quam minimum cogita: vix quatuor homines capere; impervium dicas; lux non nisi per parvam fenestram ad imum pervenit. Ibi quum res publica civilibus agitari fluctibus videbatur, Balmes, a mundi commercio segregatus, absque libris, quos consuleret, totus in librum aureum conficiendum incubuit.

Librum aureum quidem et plus quam aureum dicam; in usum enim redigentes illius pracepta et consilia, ea assequi valebimus quae nequaquam pretiosi ememus metallo. Liceat in medium afferre nonnulla insignis philosophi verba, quibus ad summam huius libri cognitionem facile deveniemus.

« Criterion, — ait Balmes, — est medium assequendi veritatem. Verum in rebus est realitas; veritas in intellectu est cognoscere res uti sunt; veritas in voluntate est illas debito modo amare, iuxta integras Morales regulas; veritas in actibus est agere proba voluntate impellente; veritas in fine est congruentem et iuxta circumstantias debitum finem animo intendere; veritas in mediis est illa, quae magis sanis moribus consentanea sunt media, meliusque dueunt ad finem, eligere ». Hae sunt partes, quas miro simplici modo Balmes noster in opere suo evolvit; nobis scilicet monstrat arduas sed tutas vias, quibus ad perfectam cognitionem in rebus, in intellectu, in voluntate, in fine et in mediis absque dubio facile deveniemus.

« El Criterion » est vera logica quae nos recto tramite ad rerum cognitionem dueit; est sapiens magister mentes elevans; dux prudens cavenda signans; vir fortis voluntates robورans; angelus denique facem in manu tenens vitae tenebras fugans, qui caelum homini incolendum patefacit.

Honorem insigni philosopho Iacobo Balmes tributum scientiae quoque credam debitum esse obsequium.

Modiliani scr., XIIII Kal. Nov.

J. M. JAUME Sch. P.

is hac inscriptione

CCCCXLII  
C · DOMO  
ES · SEDITIONES  
· BALMES  
T · LIBRUM  
0 ».

convenerunt gentes,  
titatesque civiles et  
iano, patrio, et do-  
s domus duo habet  
ornata, quae inter  
mentem revocans  
clusionem. Domus  
que patens, aditus  
mpla; nitida ibi et  
a.

interest, cubile ostendit  
fecit opus « El Cri-  
m cogita: vix qua-  
pervium dicas; lux  
tram ad imum per-  
a civilibus agitari  
a mundi commercio  
nos consuleret, totus  
adum incubuit.  
t plus quam aureum  
gentes illius praece-  
valebimus quae ne-  
metallo. Liceat in  
insignis philosophi  
nuius libri cognitio-

- est medium as-  
in rebus est *rea-*  
est cognoscere res  
ate est illas debito  
s morales regulas;  
re proba voluntate  
est congruentem et  
m finem animo in-  
ost illa, quae magis  
unt media, melius-  
e ». Hae sunt par-  
modo Balmes noster  
scilicet monstrat  
bus ad perfectam  
tellectu, in volun-  
posque dubio facile

ica quae nos recto  
ducit; est sapiens  
x prudens cavenda  
roborans; angelus  
ens vitae tenebras  
ineolendum pate-

no Iacobo Balmes  
edam debitum esse

v.  
I. JAUME Sch. P.

## ANGELVS DEFVNCTORVM CVSTOS.



*Vestris, sive rudi fossa seu marmore clausis,  
Iusti, tutor adest ossibus angelicus.*

## ACTA PONTIFICIA

Pontificiae litterae in forma « Brevis » quibus Constitutiones Archisodalitatis Doctrinae Christianae reformantur et approbantur.

## PIVS PP. X.

## AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

In Litteris Nostris Encycelicis *Acerbo nimis* quas de Christiana Doctrina tradenda ad universos Sacrorum Antistites hoc anno dedimus, eum alia praescripta sunt, tum illud, ut *in omnibus et singulis paroecis canonice instituantur, cui vulgo nomen Congregatio Doctrinae Christianae*. Consociationum id genus quum Archisodalitas, a Paulo V Decessore Nostro instituta in Urbe, princeps et caput sit, peculiarem quandam in hac locare curam, opportunum intelligimus. Itaque, comperto disciplinam temporationemque, qua uteretur Archisodalitas, iam non adiunctis novis rerum ita congruere, constitutiones ipsius veteres corrigere et reformare Nobis visum est; easque sic reformatas, quemadmodum infra scriptae sunt, ratas haberet et ab omnibus, ad quos pertinent, religiose servari volumus et iubemus.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piseatoris die 5 Decembris anno 1905, Pontificeatus nostri tertio.

ALOIS. Card. MACCHI.

*Constitutiones Ven. Archisodalitatis Doctrinae Christianae a s. m. Pontifice Paulo V canonice in Urbe constitutae anno 1607, a Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. X reformatae et approbatae apostolicis litteris in forma Brevis diei 5 Decembris 1905.*

## TITULUS I.

## DE FINE ET NATURA ARCHISODALITATIS.

I. — Propositus Archisodalitatis finis est religiosam christiana plebis institutionem provehere ac moderari per catechesis praeceptionem.

II. — Sedes est Archisodalitas in Urbe.

III. — Archisodalitas est proxime obnoxia auctoritati Cardinalis vice sacra Urbis antistitis pro tempore, utpote personam gerentis Pontificis Maximi.

IV. — Ad sodalitium, natura ipsa rei, pertinent omnes parochi Urbis.

Ipsius potestibus possunt praeterea eiusdem Sodalitii societatem inire quotquot sibi constituunt catechesis disciplinae favere eamque expeditorem efficiere opera sua vel pecunia.

V. — Archisodalitas regitur a Congregatione, quae constat solis delegatis ecclesiasticis viris, Praeside Vices gerente Cardinalis in Urbe Vicarii.

Ad id munus delegati eligi non possunt nisi ecclesiastici viri ad ipsam Archisodalitatem pertinentes.

## TITULUS II.

## DE CONGREGATIONE.

VI. — Congregatio constat Praeside, sacerdotibus octo et clero romano et parochis octo, quorum quatuor et clero saeculari, quatuor regulari.

VII. — Eadem Congregatio, pro maiore numero tacitorum suffragiorum, nominat pro-praesidem, a secretis, curatorem pecuniae, seu *Camerlingum*, tabulari praefectum, rationum exactores duos, seu *Syn-*

*dicos*; qui omnes ex eorum numero eligendi erunt, qui ad ipsam Congregationem pertinent.

VIII. — Munera et officia exercentur non ultra triennium nec proxima electio in eosdem cadere potest.

IX. — Exacto triennio, dimidia pars Congregationis alterna vice renovatur; hoc est, si iunguntur et clero romano novi sacerdotes quatuor, parochi totidem, quorum duo et clero saeculari singulari duo.

X. — Ad memorata munia novi eliguntur pro maiore numero suffragiorum, quae ab ipsa Congregatione occulta feruntur super numero virorum sexdecim a Praeside proponendorum, quo in numero comprehenduntur octo qui de officio decedunt.

XI. — Congregatio semel in mense habet ordinarios coetus. Integrum tamen est Praesidi extraordinarios cogere, si opportunum duxerit, vel si saltem quatuor Congregationis Delegati scripto petierint.

XII. — Ad ratos legitimosque coetus habendos adstare necessario debent saltem duodecim socii cum Praeside.

In secunda convocatione, quae saltem tridui spatio a priore distabit, ratus legitimusque coetus erit, quoniam numero adstantium.

XIII. — Ut rata et probata sint, quae in coetu proponuntur, maior suffragiorum numerus requiritur. Paribus suffragiis, Praesidi ius esto alterius ferendi suffragii.

XIV. — Quidquid consilii, sive de viris sive de officiis alieni deferendis, erit ineundum, id ne decernatur nisi tacitis suffragiis.

XV. — Dies coetibus habendis resque ad deliberandum propositae, scripto significabuntur per scribam, qui est a secretis, ab eoque triduo ante constitutum tempus diribuntur.

XVI. — Unicuique Congregationis Delegato quaestiones proponendi ius esto, quas tamen agitare non ante liebit, quam inscriptae fuerint elenco rerum executiendarum.

Urgente necessitate, de qua iudicium feret Congregatio, poterit, non interposita mora, de propositis rebus deliberari.

XVII. — Qui ter, non intermissa vice, coetus non adierit, nec se de absentia purgaverit, recessisse censurbitur, eiusque loco sufficietur aliis.

Absentiae causa rata debet haberi a Congregatione.

## TITULUS III.

## DE ACTIONE ARCHISODALITATIS.

XVIII. — Archisodalitas, auspicio ductuque suo, proposito sibi fini prospicit, curando ut scholae catechesis constituantur, piae habeantur conaciones, exigitur aemulatio per certamina ad praemia, et per alia quae pro temporis ratione visa fuerint opportunita.

XIX. — Praeter scholas catechesis a parochis constitutas sub eorumque disciplina directas, haud poterit alia ultra constitui, nisi adsentiente parochi loci et approbante Archisodalitate. Ad hanc iudicium pertinet de illorum peritia qui ad huiusmodi magisterium proponuntur.

XX. — Ad unam eamdemque docendi viam disciplinamque tuendam, Archisodalitas pleno iure pollet advigilandi scholis catecheseos etiam privatis.

Ea vigilantia ab Archisodalitate exercebitur per parochos ac delegatos suae quosque Curiae assignandos. Advigilandi vero munus implebitur menstruis visitationibus, atque inspectionibus, quarum scripta documenta ad Archisodalitatem bimestria deferentur.

XXI. — Ad normam num. XIX, nemini et populo licet magisterium catechesis assumere, nisi diploma fuerit ab Archisodalitate consecutus.

XXII. — Diploma remittetur facto speciali periculo iuxta normas certa lege constituendas.

XXIII. — Ad efficacius exsequenda superius praescripta et ad propositum finem facilius assequendum, lex ab Archisodalitate proponetur vim habitura postquam Cardinali vice sacra Urbis antistiti fuerit probata.

## TITULUS IV.

## DE ADMINISTRATIONE.

XXIV. — Congregatio per Curatorem pecuniae, seu *Camerlingum*, una cum rationum exactoribus, seu *Syndicis*, providebit administrationi proventuum, genus omne, quos habere sibi poterit.

## TITULUS V.

## DE IIS QUAE INTER ARCHISODALITATEM ET PAROECIAS URBIS INTERCEDUNT.

XXV. — In unaquaque Urbis paroecia constituetur Sodalitas Doctrinae Christianae, ad normam Epistole Encyclicae *Acerbo nimis*, diei xv mensis Aprilis, anni M C MV, quasi sectio Archisodalitatis. Sodalitates parochiales habebunt Consilium dirigens, cui praerit parochus. Idem Consilium constabit duodecim sordibus, quorum quatuor saeculi ordinis viri, e populo viri quatuor totidemque mulieres.

Hic vero numerus aut augeri poterit aut minui pro peculiaribus eiusque paroeciae conditionibus.

XXVI. — Excepto primo e quatuor ecclesiasticis viris, qui ab Archisodalitate dabitur tamquam ipsius delegatus, ceteri omnes a suis quisque parochis proponentur cum approbatione Praesidis Archisodalitatis.

XXVII. — Consilium dirigens Sodalitatum Parochialium semel in bimestri spatio apud parochum rite congregabitur, ut proponat agitque si quae utiliora via fuerint ad maius frequentiae et profectus incrementum.

Crebrius etiam iidem poterunt haberi coetus, si vel parochus vel Archisodalitatis Delegatus id opportunum indicaverint.

## TITULUS VI.

## DE IURE AGGREGANDI.

XXVIII. — Archisodalitati ius est constitutas ubi vis per catholicum terrarum orbem Doctrinae Christianae sodalitates aggregandi, easque admittendi ad communionem indulgentiarum, bonorum spiritualium ac privilegiorum, quibus directa concessione ipsa fruatur.

XXIX. — Ut sodalitas aggregari possit, necessario requiritur: 1) ut eadem canonice fuerit constituta decreto Ordinarii loci; 2) ut ad Archisodalitatem defteratur una cum supplici libello, authenticum exemplar decreti, quo fuit constituta Sodalitas atque Ordinarii commendacie litterae.

XXX. — In qualibet dioecesi eam doctrinae christianae sodalitatem aggregare Archisodalitati Romanae satis erit, quam sodalitatem Ordinarius statuerit esse centrum ceterarum eiusdem generis; haec enim aggregata, simul aggregatae censemuntur aliae omnes sodalitates, quae aut constituta iam, aut deinceps constituenda sint in eadem dioecesi.....

(Sequuntur indulgentiae concessae tum Ven. Archisodalitati Doctrinae Christianae per Pauli PP. V const. Ex credito Nobis d. vi mens. Oct. MDCVII, tum omnibus utriusque sexus Christifidelibus sive dominibus sive discentibus Christianam catechesim ex coll. auth. *Precum et Piarum Operum a S. C. Indulg.* edita an. 1898, p. 588, n. 316).



## EX SS. CONGRE

## SENTENTIAE

Ex Congregatione  
tis interpretan

— Quando paroch  
brant Missam cantata  
qua in Dominica pr  
eum indictione diei et  
transmittere tantum  
iuxta taxam dioecesa  
grum stipendum per  
huiusmodi Missis pra  
quialem cum cantu p  
tis faciunt sue obliga  
sae lectae, neque deb  
cantatae iuxta praedi  
lae; haec tamen quo  
augmentum communis  
maiorem labore vel  
parochus obligatus no  
Martii M DCCC VI).

## Ex Congregatione

— In casu verae no  
Sacramenti Extremae l  
istam sanctam unctione  
quidquid deliquisti. An  
April. M DCCC VI).

Ex Congregatione  
gentiarum et Sa

— Confirmatur cult  
praestitus Beatis Placi  
Ordine S. Benedicti, c  
tinensis in dioecesi Cu  
Decembr. M DCCC V).

— Director Terti C  
vel Sacerdos facultate  
eularibus congregatis b  
plenaria, quam dicunt  
impertitur, uti debet ta  
(Ex deer. d. XXII men

— Fratres Minores c  
palem Provinciae civil  
principali Regni celeb  
Patrono principali Reg  
seu dioecesis attender  
feriationem habeat, ve  
de Apostolico indulto  
quiritur feriatio, festu  
cipalis in kalendario  
sub ritu duplice prima  
debet ornatum feriatio  
tannis tamquam mobile  
(Ex deer. Ord. Fr. Mi  
mens. Febr. M DCCC V).

— Confirmatur cult  
praestitus tum Ven. Se  
ordinis S. Hieronymi Co  
Beato nuncupato, tum  
Marani. (Ex decr. d. I

— Post Missas de  
vel lectas, sed omnino  
ptis duplicitibus primae  
ecclesiae extendi pann  
extra illum crucifixo,  
pluviali nigro et a car  
nibus et incensationibus  
lum. Si vero dicatur C  
est in casu Absolutio i  
Missam. (Ex deer. d. x

— Quo magis Christ  
siones in suscepione  
excitentur, Plenaria I  
applicabilis in perpetu

equenda superius praem  
m facilius assequendum,  
etur vim habitura post  
urbis antistiti fuerit pro-

IV.

RATIONE.

Curatorem pecuniae,  
rationum exactoribus,  
nistrationi proventuum,  
poterit.

S V.

CHISODALITATEM  
INTERCEDUNT.

is paroecia constituetur  
ae, ad normam Epistole  
diei xv mensis Aprilis,  
isodalitatis. Sodalitates  
m dirigens, cui praeerit  
inhabitat duodecim soda-  
ordinis viri, e populo  
eres.

geri poterit aut minui  
roeciae conditionibus.

e quatuor ecclesiasticis  
labitur tamquam ipsius  
quisque parochis pro-  
Praesidis Archisodalitatis

Sodalitatum Paro-  
cio apud parochum rite  
et que si quae utiliora  
iae et profectus incre-

t haberi coetus, si vel  
elegatus id opportu-

VI.

GANDI.

us est constitutas ubi-  
bem Doctrinae Chri-  
asque admittendi ad  
onorum spiritualium  
ta concessione ipsa

ari possit, necessario  
ice fuerit constituta  
Archisodalitatem de-  
, authentieum exem-  
Sodalitas atque Or-

cesi eam doctrinae  
Archisodalitati Ro-  
em Ordinarius sta-  
iusdem generis; haec  
ae censebuntur aliae  
tutae iam, aut dein-  
dioecesi....

sae tum Ven. Archi-  
per Pauli PP. V  
ens. Oct. MDCVII,  
ristifidelibus sive do-  
nam catechesim ex-  
erum a S. C. Indulg.

### EX SS. CONGREGATIONIBUS ROMANIS SENTENTIAE NOVISSIMAE SELECTAE.

**Ex Congregatione Concilii Tridentinis decretis interpretandis:**

— Quando parochi diebus festis suppressis celebant Missam cantatam, sive manualem sive fundatam, quae in Dominica praecedenti praeanuntiata fuerit cum inductione diei et horae, licet ipsis ad Episcopum transmittere tantummodo stipendium Missae lectae iuxta taxam dioecesanam, neque debent tradere integrum stipendium per constitutiones dioecesanias pro huiusmodi Missis praestitum. Item, si Missam exequiale cum cantu praedictis diebus celebrant, sati faciunt suae obbligationi mittendo stipendium Missae lectae, neque debent mittere stipendium Missae cantatae iuxta praedictam taxam, salvis iuribus stola; haec tamen quoties morali certitudine constet augmentum communis eleemosynae datum fuisse ob maiorem laborem vel incommode, ad quae aliunde parochus obligatus non sit. (Ex deer. d. XXIV mens. Martii M DCCCC VI).

**Ex Congregatione S. Officii:**

— In casu verae necessitatis pro administratione Sacramenti Extremae Unctionis sufficit forma: « Per istam sanctam unctionem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti. Amen ». (Ex deer. d. XXVI mens. April. M DCCCC VI).

**Ex Congregatione Sacrorum Rituum, Indulgentiarum et Sacrarum Reliquiarum:**

— Confirmatur cultus ab immemorabili tempore praestitus Beatis Placido M. et Sigisberto abbati ex Ordine S. Benedicti, conditoribus Monasterii Deseritensis in dioecesi Curiensi. (Ex deer. d. VI mens. Decembr. M DCCCC V).

— Director Tertii Ordinis Minorum S. Francisci, vel Sacerdos facultate praeditus, qui Tertiarii saecularibus congregatis benedictionem cum indulgentia plenaria, quam dicunt « absolutionem generalem », impertitur, uti debet tantum stola coloris violacei. (Ex deer. d. XXII mens. Decembr. M DCCCC V).

— Fratres Minores celebrantes Patronum principalem Provinciae civilis non dispensantur a Patrono principali Regni celebrando. In celebrando autem Patrono principali Regni, Provinciae civilis, Loci seu dioecesis attendere etiam debent si Patronus feriationem habeat, vel saltem habuit, quae tamen de Apostolico indulto modo sit sublata. Quod si requiritur feratio, festum Patroni sub nomine *principalis* in calendario cleri saecularis designatum sub ritu duplici primae classis cum Octava, censeri debet ornatum feriatione, eo quod idem festum quotannis tamquam mobile in die Dominica recolatur. (Ex deer. Ord. Fr. Min. Provinciae Apuliae d. XVI mens. Febr. M DCCCC VI).

— Confirmatur cultus ab immemorabili tempore praestitus tum Ven. Servo Dei Marco de Marconibus ordinis S. Hieronymi Congregationis B. Petri de Pisis, Beato nuncupato, tum B. Joanni episcopo Montis Marani. (Ex deer. d. II mens. Martii M DCCCC VI).

— Post Missas de die et non de Requie cantatas vel lectas, sed omnino independenter ab ea et exceptis duplicibus primae classis, licite potest in medio ecclesiae extendi pannus niger, et, posito prope et extra illum crucifixo, cantari a sacerdote induito pluviali nigro et a cantoribus *Libera* cum aspersoribus et incensationibus, quae fieri solent ad tumulum. Si vero dicatur Officium defunctorum, facienda est in casu Absolutio immediate post ipsum et ante Missam. (Ex deer. d. XVII mens. Martii M DCCCC VI).

— Quo magis Christifideles ad servandas promissiones in susceptione Baptismatis ab ipsis emissas excitentur, Plenaria Indulgentia, defunctis quoque applicabilis in perpetuum conceditur, ab omnibus

lueranda, qui die festo Augustissimae Trinitatis, alicui piae caeremoniae in parochialibus aliisque ecclesiis, de Ordinariorum licentia et iuxta eorum normas peragendae, in qua solemniter praefatae promissiones denuo nuncupentur, devote astiterint, simulque sacramentali confessione expiati et S. Synaxi refecti ad mentem Summi Pontificis oraverint. (Ex deer. d. I Junii M DCCCC VI).

### DIARIUM VATICANUM.

(Die XXI mens. Sept. - d. XXI mens. Oct. M DCCCC VI).

**Coram SSmo admissiones.**

Praeter Purpuratos Patres, Urbanos antistites, aliosque viros, qui sui cuiusque muneric gratia Pontificem de more adiverunt, peculiari nota digni sunt iuxta admissionis diem: Rmns vir Franciscus Rossi-Stockalper, a secretis apostolicae legationis Austro-Hungaricae; excmvs vir Donatus Sbarretti, archiepiscopus Ephesien, legatus apostolicus Canadensis; Ferdinandus Stufesser sculptor; manus peregrinorum e Gallia; r. p. Augustus Lavillardière, rector generalis Oblatorum et Maria Immaculata recens electus cum consilio Congregationis sue; Franotte doctor, Industriae atque Laboris minister in Belgica; excmvs vir De Wedel Iasberg dynasta, Pontifici afferens litteras Haakonis, Norvegorum regis, de adventu regni sui certiores Pontificem facientes; De Raymond doctor, negotiorum Belgarum gestor apud Apostolicam Sedem; excmvs vir Nicolaus Szécsen de Temerin, comes, legatus extraordinarius cum omni potestate Austrorum et Hungarorum apud Apostolicam Sedem; Gonzales Lanuza, iuris doctor, Cubanae civitatis legatus in conventu omnis Americae.

**Pontificiae electiones.**

Excavus vir Iulius Tonti, archiepiscopus Aneyran, apostolicus legatus in Brasilia, ut eodem munere fungatur apud Lusitanos deligitur.

— Rmns vir Nicolaus Fezzoni, apostolicus administrator dioecesis Pennen. et Atrien., episcopus Valven. et Sulmonen. dicitur.

— Rmns vir Felix Del Sordo, Nuscanae cathedralis archipresbyter, episcopus Claudiopolitanus creatur, atque Nuscani episcopi coadiutor.

**Vita functi viri clariores.**

Corneti, senectute confectus, excmvs vir Angelus Rossi Cornetan. et Centumcellarum episcopus, Monte Falisco n. d. XV mens. Apr. an. M DCCC XXV.

### ANNALES.

**Russici motus remissi.**

Dies quasi defatigationis videntur in Russia tot mensium commotionibus successisse. Ne nunc quidem desunt heu! facinora atque delicta; verum alia ab aliis separata, quaeque dum magis magisque revelant evertendarum rerum cupidos satis ignobilium grassatorum opere similis esse, horumque ad finem supremum et ipsos intendere, demonstrant simul seditiones, hac illac quasi contagium excitatas, abunde remissas. Itaque Caesar eiusque familia Peterhof ad oppidum rediit, unde dictant proxime novum de populi libertate et coram lege aequalitate decretum iri promulgatum.

**Novus Cretae insulae administrator.**

Georgii, Graeci principis, a Creta insula discessus, quam octo annos tenuit quasi legatus gentium Europaearum, nunc autem a munere se abdicavit, non sine tumultu factus est, vi alienius factionis, quae armata manu professionem illam quominus fieret prohibere conabantur. Quum vero exterorum exercitus intervenissent, ordo denuo est constitutus ita ut Zaimis, olim Graeci gubernii praeses, qui Georgio nunc Cretae successit, quiete ac libere dominium sibi traditum assumere valuerit.

**Cuba insula a Foederatis Civitatibus Septentrionalis Americae occupata.**

Pariter sine sanguinis effusione, imo ovante et gratulante populo, Cuba insula bellicae rei administrum civitatum foederatarum septentrionalis Americae vidit summa rerum potiri, sperans fore ut tandem aliquando civili bello, quod regionem pessum dedit, finis imponatur. Dummodo ne Cubano populo finis idem sit ac arbitrii sui, pro quo tam acriter pugnavit, est consequitus, verum retinere nescivit! Haec igitur si futura erunt, vertant sibi culpae Cubani.

**Mauritanie res.**

Profecto oporteret Mauritanum imperium in Americis fuisse: iamdiu novum sidus allatum esset nordicæ Americae vexillo, neque videbimus conventum solemniter Algeciras congregatum nullo, sollicito tamen, eventu insignem. Vis enim apud Turcarum illos barbaros incolas in personam et bona exterorum indesinenter exercetur, quum nihil agat gubernium, neque agere queat ad ius gentium tutandum.

**Gallica prævaricatio.**

Administratorum collegium, mense Martio huius anni in Gallia compositum, cui Sarrien senator praerat, his diebus per hanc speciem munus dimisit, ob infirmam valetudinem gravemque praesidis aetatem. Non tamen de civili re consilia extranea ab hac abdicatione videntur, praecipue circa religiosum certamen, quod proximo mense Decembri aperte inibitur. Vicies tamen pars illa appareat, quae ecclesiae maxime infensa se praebuit, siquidem munus collegii renovandi Clemenceau illi datum est, qui his quoque diebus orationibus hic illuc habitis Aesopianam fabulam, lupi sub veste contra agnum, renovare non dubitavit. Ne tamen in leonem incidat!....

**PUBLICI PER ORBEM COETUS  
LEGIBUS FERENDIS.**

In Austria coetus sessiones resumptae. Accepti et expensi tabulae propositae et in disceptationem adductae.

In Dania novi legati convenere, qui e regis oratione certiores facti sunt de gubernii consiliis tum de pace servanda tum de novis legibus rogandis.

In Lusitania pariter regis litteris gubernii mens aperta est, praesertim de proposito internis rebus providendi.

In Hungaria Goluchowski comes, ob animum constanter in se adversum Hungarorum quam dieunt Delegationis, in Caesaris manus supremum gubernii officium sibi commissum remisit.

### PER ORBEM.

Die XXI mens. Septembr. an. MDCCCVI apud Oranum portum invenitur corpus exenti episcopi S. Pauli in Brasilia, in naufragio italicae navis *Sirio* undis ablatum.

— d. xxiv Stockholm in urbe diem obit supremum Levertine, Danus poeta, an. n. XLVIII.

— d. xxv ad Campbell portum navis viatoribus onusta, Indù flumen transgrediens, evertitur, centum et sexaginta homines in ruinam trahens.

— d. XXVI atrae procellae furiunt in Hispánieis provinciis Alicante, Granada, Mureia.

— d. XXVII similia tum apud Melillam, tum Nemours Algerien, tum Neo-Aurelianensi Americanae terrae contingunt.

— d. IIII mens. Octobr. opifices ferriviis Pyraei et Peloponnesi addicti ex condito ab opere omnes recedunt. Eadem nunciantur de pistoribus Lemovicensibus, qui immo tumultus excitant.

— d. IV in fodinis ad urbem Richmond in civitate Virginia fluidus ignis incenditur; inde fragor immensus et loci direptio: saxis cunulari plures obruuntur.

— d. VI Roton, novi Mexici in urbe, huimodi damna pariter lugentur.

— d. VII ad Placentiam ferriviae currus aliquot e tramitibus exeunt: vaporitraha aliunde procedens eos opprimit, evertit. E viatoribus interfici quatuor; quinquaginta et ultra vulnera patiuntur.

— d. IX Romae, aetatis sua anno octuagessimo quinto, acquiescit Adelais Ristori, nuna marchionissa Capranica del Grillo; quondam tragœda suo tempore gloriosissima.

— d. XII Neapoli Marius Giobbe, Italus poeta, gravi nervorum morbo laborans, sibi ipse mortem conciseit.

— d. XIII, Neo Eboraci, anotoribus Italis colonis, monumentum inauguratur Iosepho Verdio, Italo illi musicæ artis celeberrimo magistro.

— d. XIV Epernon, Gallico in oppido, curruum series vapore acta in aliam superveniens viatoribus caudem addueit, quorum quinque et viginti alliduntur.

— d. XV, improviso insaniens, misere sibi violentas manus infert Ermannus Ferrero, histrius, Taurinensis athenaei doctor.

— d. XVI Wingate, in oppido Anglo, aëris fluidi incendio fodinarum pars deiicitur, cunularios sepeliens, quorum octoginta et ultra necantur.

Bisertino in litore subaqueus Gallorum linter, cui nomen *Lutin*, una submergitur cum nautis suis, quibus nulla salus afferri potest.

— d. XX aëris motus Avanam insulam late pervastat.

### DOMESTICA FUNERA.

Iam hunc *Vocis Urbis* numerum praelo commiseramus, quum funestissimum nuncium accepimus:

### HYACINTHUS DE VECCHI PIERALICE

diutino morbo confectus, quem nec uxoris cura et sollicitudo, neque nepotum medica ars filiali quidem pietate adhibita vincere valuerunt, albescente hac die XXVII mensis Octobris placide quievit.

Viro clarissimo omnique studio et humanitate praedito, quem socium laboris multos per annos habuimus, debitum tributum in proximo numero solvemus; hodie eius funus lacrimantes prosequimur, eoque desiderio quod omnes qui eius scripta, multifarii ingenii specimen, sunt admirati, certe nobiscum participabunt.

### AENIGMATA

#### I.

Immundum est *totum*; cervicem deripe, sacrum.

#### II.

Falcipotens fertur *Totum* regnasse; cadente Sincipite, Aeneae procubuisse manu.

F. X. B.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad Commentarii moderatorem miserint intra menses duos, unus, sortitus, gratis accipiet opus, cui titulus:

FABULAE SELECTAE  
IOANNIS LA FONTAINE  
LATINE CONVERSÆ  
A FRANCISCO XAVERIO REUSS.

Aenigmata an. IX, n. VIII proposita his respondent:

1) Rex - Nex; 2) Sol - Sal.

Ea rite soluta miserunt:

Ben. Paladino, *Cotte Savetti*. — I. A. C. Oudemanns, *Zyraecto ad Rhenum*. — Petrus Tergestinus. — Rich. Müller, Berolino. — Arn. Rudzianski, *Tyflissio Cartulariorum*. — Andr. Pápay, *Pruzina*. — F. Amori, *Mediolano*. — Guil. Schenz, *Ratisbona*. — Ern. Fré, *Vercellis*. — I. Walter, *Neoboraco*. — I. Ortiz, *Morelia*. — Rich. Brondel, *Brugis*.

Sortitus est praemium:

BENEDICTUS PALADINO,

ad quem missum est opus, cui titulus:

FABULAE SELECTAE  
IOANNIS LA FONTAINE  
LATINE CONVERSÆ  
A FRANCISCO XAVERIO REUSS.

### LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

*Socios et lectores admonere iurat, libros recens editos atque ad nos missos ut in Voce Urbis eorum notitia detur, apud administratorem nostrum, nisi contra aperte declaretur, minime venundari. Si quis igitur alterum eorum sibi cupiat, petat necesse est ab editore, quem semper indicamus.*

DOTT. UGO FANCELLI. *Le imprese militari di M. Tullio Cicerone durante il suo proconsolato in Cilicia.* — (Senis, ex officina Nova, MDCCCCVI). F. CARD. CAVAGNIS. *Institutiones Iuris Pubblici Ecclesiastici.* — Editio IV auctorior, vol. III, pag. xx-496, 426, 320. — Romae edid. Desclée, Lefebvre et Soc., 1906 (Ven. lib. 10).

*Regesta Pontificum Romanorum.* Ibiente regia societas Gottingensi concessit PAULUS FRIDOLINUS KEHR. Italia Pontifica vol. I: *Roma*. — Berolini apud Weidmanns, MDCCCCVI.

*Præpaedistica ad Sacram Theologiam in usum scholarum; seu Tractatus de ordine supernaturali, auctore FR. THOMA M. ZIGLIARA O. P., S. R. E. Cardinali.* Editio quinta conformis tertiae ab auctore revisae et emendatae. — Romae edid. Desclée, Lefebvre et Soc., 1906. (Ven. lib. 6).

CAN. DOCT. MARCUS BELLI. *Brevi antiquitatum Iudaicarum notitia.* — (Utini, ex off. Patronatus, MDCCCCVI. — Ven. vero apud auctorem *Portogruaro, provincia di Venezia*, lib. 2).

PAGANI A. *Il Cristianesimo in Roma prima dei gloriosi apostoli Pietro e Paolo e su le diverse venute dei Principi degli Apostoli nell'Urbe.* — Romae edid. Desclée, Lefebvre et Soc., 1906. (Ven. lib. 2,50).

RONZONI A. *Sant'Antonio Abate.* — Ibid. (Ven. lib. 2).

A. CARD. CAPECELATRO. *Una spiegazione di Catechismo al popolo.* Lettera pastorale. — Ibid. (Ven. lib. 0,25).

F. VERDIER. *La rivelazione di fronte alla ragione.* Traduzione italiana sulla 2<sup>a</sup> ediz. francese. — Ibid. (Ven. lib. 0,60).

E. CARD. MANNING. *Le ragioni della mia fede, con note dell'Abate E. Peltier.* — Vol. 2. — Ibid. (Ven. lib. 1,20).

IORE P. *Anime oneste.* Piccoli racconti dal vero. — Ibid. (Ven. lib. 1).

JOSEPH SCOPA. *Epigrammata.* — (Neapoli, ex typis Aloisii Piero et filii, MCMVI).

*Almanacco illustrato delle Famiglie Cattoliche per l'anno di Grazia 1907.* (Romae edid. Desclée, Lefebvre et Soc. — Ven. lib. 0,50).

*Breviarium natalicium sive Officium octavarum Nativitatis et Epiphaniae Domini, neenon festorum eo tempore occurrentium, iuxta Breviarium Romanum.* — Ibid. (Ven. lib. 3).

*Officium Parvum B. M. V. et Officium Defunctorum.* — Ibid. (Ven. lib. 2).

GIRAUD. G. *San Domenico.* — Ibid. (Ven. lib. 2).

DE BROGLIE A. *Sant'Ambrogio.* — Ibid. (Ven. lib. 2).

*Catéchisme du Saint Concile de Trente.* Manuel classique de la Religion à l'usage du Clergé et des Fidèles, des Paroisses, des Familles et des Maisons d'éducation pour l'instruction chrétienne. — Ibid. (Ven. lib. 1,50).

MARUCCHI H. *Manuel d'archéologie Chrétienne.* — Ibid. (Ven. lib. 4).

MARUCCHI H. *Guide abrégé du Cimetière de Calixte.* — Ibid. (Ven. lib. 0,50).

— *Guide abrégé du Cimetière de Priscille.* — Ibid. (Ven. lib. 0,50).

*Versioni da Virgilio col testo a fronte.* Saggi di CARLO LUIGI TORELLI. Apricena edid. officina del Genio, 1906.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Paris, Phil. Cuggiani.

BAS.

HARM.

ANAST.

HARM.

(1) OM

COM

SOCII

ONO ACCEPTI.

e iuvat, libros recens edi-  
in Voce *Urbis* eorum  
stratorem nostrum, nisi  
ime venundari. Si quis  
oia, petat necesse est ab  
nus.

imprese militari di M.  
il suo proconsolato in  
cina Nova, M DCCCC VI).  
tutiones Iuris Pubblici  
IV accurior, vol. III,  
— Romae edid. Desclée,  
en. lib. 10).

orum. Iubente regia so-  
it PAULUS FRIDOLINUS  
ol. I: Roma. — Berolini  
CCVI.

neologiam in usum scho-  
rdine supernaturali, au-  
GLIARA O. P., S. R. E.  
onformis tertiae ab au-  
— Romae edid. Desclée,  
en. lib. 6).

I. Brevis antiquitatum  
tini, ex off. Patronatus,  
apud auctorem Porto-  
ria, lib. 2).

o in Roma prima dei  
Paolo e su le diverse  
Apostoli nell'Urbe. —  
vre et Soc., 1906. (Ven.

ate. — Ibid. (Ven. lib. 2).  
na spiegazione di Cate-  
pastorale. — Ibid. (Ven.

di fronte alla ragione.  
a ediz. francese. — Ibid.

ioni della mia fede, con  
— Vol. 2. — Ibid. (Ven.

oli racconti dal vero. —

ta. — (Napoli, ex typis  
VI).

Famiglie Cattoliche per  
omae edid. Desclée, Le-  
0,50).

Officium octavarum Na-  
omini, neconon festorum

uxta Breviarium Roma-

et Officium Defuncto-

. — Ibid. (Ven. lib. 2).  
rio. — Ibid. (Ven. lib. 2).

le de Trente. Manuel  
usage du Clergé et des  
Familles et des Mai-

struction chrétienne. —

néologie Chrétienne. —

du Cimitière de Ca-  
50).

de Priscille. — Ibid.

to a fronte. Saggi di

ricenae edid. officina del

CIAMPI, iurisperitus.

cis, Phil. Cuggiani.

## ZENO — Tragoedia JOSEPHI SIMONIS Angli.

(10)

(Passim retractavit hodiernisque scenis aptavit I. F.)

BAS.	Mox ore vasto carmen horrendum tonat: « I, pestis; aula pulsus, irrisus, miser Absiste procul hinc, regio aeternum lare Abactus! I, squalente regales opes Paedore muta, sortis abiectae memor! » Hinc me gementis signa fortunae tegunt; Hinc ora macies, genitor. O regis probrum! Lamenta pectoris, pallor obsedit genas, Lumina peremis imber, informis cutem Marcor, nigranti membra squalescunt situ. Vindicta, genitor: poscit ultorem scelus!	Muerone in hostes saevit et cives pari, Nec Martis ira facile, nec stricti potest Ensis libido reprimi. Hinc odio ducem Furiisque vulgus mactat, et patriae facem, Urbis sepulchrum gentis exitium vocant. Quid, quod cruentae clades incertus foret Dubiusque casus? Ambit Augusti latus Vis multa procerum, multa famulatur manus; Caesareus aulam miles excubiis tenet. Ab arce belli cantus ubi signum dedit Sonante lituo, tela subiecit furor; Ad arma ruitur: omnis Augustum tegit Civis.
HARM.	Miserande puer! Hanc praestitit Zeno fidem? Ad arma, miles, ad arma! (1) Fer subito faces; Regia petatur; vulsa cardinibus domus Procumbat; aula, poste disiecto, labet; Tectum cremetur; flamma victrices vomat Undique favillas! Pereat infidum caput, Pereat nefandum stirpe cum tota genus! Flammentur, eruantur, in cineres eant! Ingrate Zeno! Pactus Harmatio fidem Sic ludis excors? Merita sic pensas mea? Astraea cernis?	Tyramnum? URB.
URB.	Quid meus potuit puer? Quid mollis aetas flore primaevò nitens Sceptroque dignum frontis eximiae decus?	Delet ex animo pavor Nomen tyranni. Veteris offensae notas, Graviora quisquis metuit, erasit libens. Infanda patimur. Fregit Augustus fidem, Promissa lusit.
HARM.	Quid iste potuit oris ingenui nitor? Haec innocentis dextra? Proh saevi ducis Imperia! Tantum pepulit ex aula iubar? Fremat tyranus. Nate, regnabis tamen: Regnabis; ignes testor aeternae domus. Eatur: arma, furia, flammandes globi, Et quidquid aestus voluit irarum impotens Paretur hosti! Quo tamen praeceps agor? Dum fervet ira, nescit imperio premi. Exsurge pectus! Perfer hanc molem mali, Et qua tremendas lege Mavortis minas Saepe domuisti, temet invictus doma!	Iusta vindictae est sitis. ANAST.
URB.	Agnosco nobile mentis imperium tuae: Agnosco robur. Melius excluso videt Animus tumultu. Caecat ingenium furor; Nec omnium sit poena paucorum scelus. Cum miles urbem chalybe nudato subit,	Fateor. Sed iram cautus ultricem preme. Te iusta patriae poscit ultorem salus, Regni ruina, luctus, insontum cruar, Nati querela. Certus odiorum tamen Dispone causas: Fronte simulata redux, Inermis, aulam more de prisco subi. Deni sequantur pone subeuntem duces, Honos decusque lateris: hi voveant fidem: Stent arma manibus, eumque percussa dabis Tellure signum, iunctus Augusti fibras Irrumpat ensis. Rege sublato, imperas: Nemo tyrauni funus ulcisci volet.
HARM.		Bene est. Sequemur mentis arbitrium tuae: Arridet astus. Castor, in vicis datus Reficiat artus miles; ubi promptus manu, In omne raucae vigilet imperium tubae. Praeibo. Martis decora, bis quini duces, Queis robur animo, rebus in summis fides, Retro secuti, regiam Augusti petant. Basilisce, gressus iunge. Si faveat polus, Radiabit aurum crinibus, sceptrum manu!

EXPLICIT ACTUS II.

(Ad proximum numerum).

### Ad proximum numerum:

Prospectus subnotationis in an. M DCCCC VII, a  
comm. *Vox Urbis* constituto X, et donum insolitum  
sociis singulis comparatum.

CIAMPI, iurisperitus.

## SUPELLEX AD RES DIVINAS.

Commentarii VOX URBIS administratio recto tramite suppeditat supellectilem omnem, qua tum in templis, tum in oratoriis ad res divinas uti solemus.

Mandata ad VOCIS URBIS administratorem (Romam, *via Alessandrina, 87*) mittantur, res praecise indicando quas quisque sibi cupit. Gratuito sumptuum aestimatio fiet.

---

## SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus quod de negotiis Ecclesiasticis esset; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congrationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

---

## SATURIO

Comoedia latinis versibus conscripta a clarissimo viro Ioanne Baptista Francesia et per Commentarii VOX URBIS paginas vulgata, in volumen redacta est, quod apud Commentarii eiusdem administratorem venale prostat lib. 1.

IN LUDIS LITTERARUM OPTIMA TIRONIBUS SCENICE AGENDI EXERCITATIO.